

56. Negligere quid de se quisque sentiat, non solum arrogantis est, sed etiam omnino dissoluti. Lib. 4 de Offe.

57. Irrideat si quis vult, plus apud me vera ratio valebit, quam vulgi opinio. De Parador., cap. 2.

EPICTETUS.

58. Homines perturbantur non rebus, sed iis quas de rebus habent, opinionibus. In suo Enclirid., cap. 10.

MIRUS PUB.

59. Bona opinio homini tutior pecunia est. In suis Sententiis, sent. 53.

PLATO.

60. Omnes hominum opiniones non sunt peraeque colendae: verum aliae quidem, aliae non item: neque omnium hominum, sed quorundam quidem, aliorum vero minime. Sisygia 4, in Dialogo Critons.

61. Necessè est cum qui opinatur, eorum qui opinari, vel quae novit, vel quae non novit. Sisygia 2, de Scientia.

62. Qui unum quid opinatur, aliquid eorum quae sunt opinatur. *Ibid.*

63. Qui id quod non est opinatur, nihil opinatur, nec opinatur quidem. *Ibid.*

64. Fieri non potest, ut id quod non est, in opinionem cadat, neque earum rerum quae sunt ratione, neque ipsum per se ipsum. *Ibid.*

65. Aliud est falsa opinari, quam ea quae non sunt opinari: non enim hoc modo falsa in sapiente est opinio. *Ibid.*

66. Cum quis rem turpem pro pulchra, et pulchram pro turpi opinatur, tunc reversa opinatur falsa. *Ibid.*

67. Opinari vera omnino ab errandi periculo liberum et immune est, et quae ex sana illa opinione proficiuntur, omnia et pulchra et bona existunt. *Ibid.*

68. Vera opinio ad rectam rationem non minus est efficax dux, quam prudentia, sive sapientia. Sisygia 4 de Virtute.

69. Non minus utilis est recta opinio, quam scientia. *Ibid.*

70. Opinionem veram si dux præerit, uniuscujusque rei actionem deteriore non præstat, quam præstat scientia. *Ibid.*

71. Recta opinio nec scientiæ cedit, nec minus ad res gerendas utilis est: neque is qui rectam opinionem habet, eo qui scientiam, minus utilis est censendus. *Ibid.*

SENECA.

72. Saepè quod est incredibile, de facto bene existimamus: de faciente male. Lib. 3, de Ira, cap. 28.

73. In illis quae mala vocantur, nihil tam terribile ac durum invenio, quam opinionem vulgi. De Concol. ad Helviam, cap. 5.

74. Quaecunque opinio veritati repugnat, falsa est. Epist. 76.

75. Mala opinio bene parva delectat. Epist. 113.

76. Opiniones tuae iudicia sint. De Quatuor virt.

77. Male opinantur de te homines, sed mihi de Moribus.

OPUS, OPERARI.

SENTENTIAE PATRUM.

1. In omnibus operibus nostris, tanto quisque attentius; quanto difficilior operamur. Lib. 6, Musica, cap. 5.

2. Quaecunque iniquitas in malis operibus exercetur, ut fiant: superbia etiam bonis operibus insidiatur ut pereant. *Ibid.*

3. Laudandus est, non attractus ad opus serviliter animus, sed liberaliter et sponte devotus. Lib. 2, super Erod., quest. 170.

4. In illa requie ubi opera servilia jubentur cessare, magna est altitudo gratiae Dei: tunc enim fiunt cum requie opera, cum fides per dilectionem operatur. *Ibid.*, quest. 172.

5. Tanto magis delectat opus bonum, quanto magis diligitur Deus, summum atque incommutabile bonum, et auctor qualicumque bonorum omnium. Lib. 2 de Pec. mer. et rem., cap. 17.

6. Bonum opus intentio facit, intentionem fides dirigit. Super Psalm. xxxi.

7. Antequam stes in opere, sta in consilio. Super Psalm. xlv, vers. 1.

8. Nullum est opus bonum, cuius non sit in mente cogitatio. Super Psalm. lxxvii.

9. Bonum opus non multum laborat, malum opus habet laborem. Super Psalm. xcii.

10. Sicut iniqui male utuntur bonis operibus Dei, sic contra Deus bene utitur malis operibus iniquorum. Tract. 27, super Evang. Joan., cap. 6.

11. Negligis quod factus es, diligis quod fecisti: amas extra te opera tua, negligis in te opus Dei. De Verb. Dom., serm. 54.

12. Ratio operibus, et opera ratione indigent, ut quod mente concipimus, opere perpetremus. Hab. in Gloss. ord. super illud Levit. 8, Cumque lavasset eos.

13. Nisi injustus voluntatem mutaverit, bonum operari non potest. Contra Adim., cap. 26.

14. Dedit Deus facultatem bene operandi in laboriosis officiis. Lib. 3 de Lib. arb., cap. 20.

15. Bene operari non possumus, nisi dono Dei adjuvi. Epist. 119, cap. 10.

16. Cum bene operamur, ipse dicitur operari in nobis, cuius munere operamur. *Ibid.*

17. Discamus in similitudine operum, discernere animos operantium. Epist. 48.

18. Operibus debitum redditur. Epist. 106.

19. Quicumque dicit, voluntas mea mihi suffi-

S. AUGUST.

cit ad facienda opera bona, declinat in dexteram. Epist. 47.

20. Mali filii mala opera, bona opera boni filii sunt. Epist. 50.

21. Bona opera non pereunt, etiam quae de bonis pereuntibus fiunt. Epist. 70.

22. Ex mundi bonis facias bona opera, et propter mundi bona non facias opera mala. *Ibid.*

23. Tunc recte fit opus bonum, cum in ejus laudem fit, cuius gratia donatur ut fiat. Epist. 120, cap. 29.

24. Nolite esse pigri in operibus bonis, ut ad vestri seminis messem suo tempore veniat. Epist. 138.

25. Non præjudicat hono malus, quem in consensione mali operis socium non habet criminis. Epist. 152.

26. Cum ceperit tibi displicere quod fecisti, inde incipiunt bona opera tua, quia accusas mala opera tua: initium bonorum operum confessio est operum malorum. Tract. 12, super Joan.

27. Opera Dei videmus bona, quietem vero ejus post bona opera nostra videbimus. Lib. 4 de Genesi ad lit., cap. 43.

28. Tunc est vere opus bonum, cum a charitate calculatur agentis intentio: et tanquam ad locum suum rediens, rursus in charitate requiescit. De Catechis. rud., cap. 11.

29. Malorum operum tanquam fructum malorum voluntas ipsa est velut arbor mala. Lib. 14 de Civit. Dei., cap. 11.

30. Non ad malum opus perveniretur, nisi præcessisset mala voluntas. *Ibid.*, cap. 13.

31. Non fit opus malum nisi a malis. *Ibid.*

32. Ipsa bona opera nostra Dei potius intelliguntur esse, quam nostra. *Ibid.*, lib. 22, cap. 30.

33. Deus ita magnus est in operibus magnis, ut minor non sit in minimis. Lib. 21, contra Faust., cap. 5.

34. Opera sunt ex fide, non fides ex operibus. De Gratia et lib. arb., cap. 7.

35. Nec opera bona voluntas mala, nec mala opera facit voluntas bona. Lib. 4, contra Jul., cap. 6.

36. Necessè est mortua opera faciat anima, donec Christi gratia reviviscat. De Natura et grat., cap. 24.

37. Noli desicere in bonis operibus, quia curat Deus humana. Annot. in Job., cap. 22.

38. Oportet ut oleris in te opus tuum, et ames in te opus Dei. Tract. 12, super Joan.

39. Quaris mercedem, opus præcedat. *Ibid.*, tract. 40.

40. In omnibus bonis operibus tuis labora, non propter amorem saeculi hujus, sed propter requiem

sempiternam, quam promittit Deus. De Decem choris, cap. 9.

41. Da quibus operibus tibi placeam. Lib. Medit., cap. 2.

42. In mercede tu nihil agis, in opere non solus agis: corona tibi est ab ipso, opus autem abs te, sed non nisi ipso adjuvante. Homil. 14, ex ILLI Hom., cap. 2.

43. Deus retribuet mercedem operibus bonis. *Ibid.*, cap. 5.

44. Anima sancta aeternis bonorum operum margaritis componitur, ut ad coelestis sponsi consortium, et nuptiale convivium feliciter ornata perveniat. *Ibid.*, homil. 26.

45. Percutimus adversarium bonis operibus. *Ibid.*, homil. 50, cap. 3.

46. Hominibus nos exemplum bonorum operum præbere præcipimus. Epist. 224.

47. Quod amplius nos delectat, secundum id operatur necesse est. In Exposit. sup. Epist. ad Galat., cap. 5.

48. Ipse ut velimus, operatur incipiens, qui volentibus cooperatur perficiens. De Grat. et lib. arb., cap. 17.

49. Cum transierit tempus bene operandi, non restat nisi recipiendi. Homil. 18, ex ILLI Hom.

50. Ille in te laudetur, qui per te operatur: noli ad laudem tuam operari quod bonum agis, sed ad laudem illius, a quo habes ut bonum agas. Tract. 8, in Epist. Joan.

51. Deus et ubi non habitat, operatur. Lib. 6, contra Julian., cap. 14.

52. Non hoc est eligere opera, quod operari: opus virtuti debetur. De Morib. eccles., cap. 16.

53. Nisi opus tuum in unitate feceris, Deo qui unis est, acceptum profecto non erit. Sermon. 5, Assumpt. B. M.

54. Ille bene operatur, qui jam operatur, non ut ipse Deo placeat, sed quia placet ei Deus: vel quia placeat Deo quod operatur. In suis Sent., verbo Quatuor.

55. Spiritualis homo omne opus suum, trina quadam consideratione prævenit: primum an liceat, deinde an deceat, postremo an expediat. Lib. 3 de Consid. ad Eugen. Pap.

56. Quisque in omni opere suo, hoc dicat sibi ipse: Si modo mortuorum esses, faceres istud? In Speculo monachor.

57. Qui vult opus altum incipere, debet prævidere, si velit perseverare. Super Luc., cap. 14, in illud: Selens computat.

58. Sicut cibo corporeo corpus pascitur, ita bonis operibus anima saginatur. Super Psalm. xxvii, vers. 4.

59. Infructuosa et inania vite hujus opota, pas-

S. BONAV.

S. BRUNO.

S. CAESARIUS

ARELAT. 106. Sunt nimum flammis amica materia. Homil. 4.
 DIONYSIUS 60. Signum virtutis est delectatio operis. Super
 CARIUS. Epist. ad Philipp., cap. 4, art. 4.
 61. Quanto quis diligentius ac frequentius bonis
 insisit operibus, tanto fit ei facilius et delectabi-
 lius talibus immorari. Super 2 Petr., cap. 4,
 art. 1.
 S. EUSEBIUS 62. Divina opera non discutienda sunt, sed creden-
 EMISEN. denda. Homil. 1, de Symbolo.
 63. Si homo non imposerit finem operi, nec
 Deus imponit remunerationi. Prose.
 64. Quantum enim sermone operibus, tantum
 melius in fructibus. *Ibid.*, hom. de S. Maximo.
 GLOSS. ORD. 65. Bona opera vere divitiae spiritus, ubi pura
 mentis sinceritate geruntur, sed sine fide nihil
 prosunt. Super Proverb., cap. 31.
 66. Nemo potest Deo servire, qui mortuus ha-
 bet opera. Super Epist. ad Hebr., cap. 9, in illud:
Ad serviendum Deo viventi.
 S. GREGOR. 67. Hoc opus coram Deo non placet, quod alterius
 MAGNUS. operis iniustitia polluit. Lib. 22 Moral.,
 cap. 17.
 68. Nulla ante Dei oculos iustitiae pietatisque
 sunt opera, quae corruptionis contagio monstretur
 operis immunda. Lib. 21 Moral., cap. 9 post med.
 69. Comedere animae est bonis operibus sati-
 tari. *Ibid.*, cap. 8.
 70. Cum opus crescit, praemii fiducia proficit :
 cum vero opus torpuit, spes a remuneratione
 lassescit. *Ibid.*, lib. 8, cap. 3.
 71. Vili pretio opus vendit, qui magna impendit,
 sed minima recipit. *Ibid.*, cap. 25.
 72. Duo sunt, quae in bonis operibus, necesse
 est ut studioso formidentur, desidia videlicet et
 fraus. *Ibid.*, lib. 9, cap. 17.
 73. Solutus in Dei opere fraudem non facit, qui
 cum ad studia bonae actionis invigilat : nec ad
 corporalis rei praemia, nec ad laudem verba, nec
 ad humani iudicii gratiam anhelat. *Ibid.*
 74. Sepe bona opera desidia interveniente de-
 ficiunt, quia a fervore, quae coapta sunt, frigescente
 amore tabescunt. *Ibid.*
 75. In intentione operis aeternitas, in usu vero
 temporalitas esse debet. *Ibid.*, lib. 15, cap. 27.
 76. Ille vacillat vim divini timoris intelligit,
 qui se a cunctis pravis operibus custodit. *Ibid.*,
 lib. 19, cap. 6.
 77. Sus bona perdit opera, qui aliena mala re-
 nuntio perpeti. *Ibid.*, lib. 21, cap. 16, num. 16.
 78. Necesse est, ut cum bona exterius agis, haec
 interius cum magna cautela custodias, ne appetit-
 tus placendi hominibus subrepat, et omnis labor
 boni operis incassum fiat. Lib. 2 in Regist.; indicit.
 11, cap. 43, epist. 4, ad Bonif. episc. Rhog.
 79. Opus Dei homo est, sed opus hominis vi-

tium. *Ibid.*, lib. 4, indicit. 13, cap. 80, epist. 36,
 ad Eulog. Episc. Alexand.
 80. Is qui Spiritu Dei operatur, non desidia
 corrumpitur, non timore repellitur, non labore
 lassatur. In Septem Psalm. Penit. super Psalm.
 11, vers. 10.
 81. Si inchoata bona fortis operantis manus ad
 perfectionem non sublevat, ipsa operandi remis-
 sio contra hoc quod operatum est, pugnat. Part.
 3 Pastoral., cap. 1, admonit. 35.
 82. Magnae humilitatis est, quod sua opera
 Sancti taceri appetunt; sed magnae utilitatis est,
 quod eorum opera taceri non possunt. Lib. 1
 Dialogi, cap. 9.
 83. Opus ex dono est, non donum ex opere :
 omne quippe opus dona preveniunt, quamvis ex
 subsequenti opere ipsa etiam dona succrescant.
Ibid., cap. 4, verbo Opus.
 84. Facilo aliquid operis, ut te semper diabolus
 inveniat occupatum. Epist. 4, ad Rustic.
 85. Non tibi ab opere cessandum est, quia Deo
 propitio nulla re indiges, sed per occasionem operis nihil
 aliud cogites, nisi quod ad Domini pertinet servitu-
 tem. Epist. 8 ad Demetriad.
 86. Constat in bonis operibus post propriam
 voluntatem, Dei nos nisi auxilio; in malis autem,
 diaboli. Lib. 1 Dial. advers. Pelag.
 87. Omne opus leve fieri solet, cum ejus pre-
 mium cogitur. Epist. 1 ad Demetriad.
 88. Quod voluntarie copistis, implete : omnis
 enim boni operis finis semper est expetendus :
 quia sicut factum invitae acceptum non est, ita volun-
 tatis infructuosa est habitibus eam sine facto.
 Super II ad Cor. cap. vii, in illud : *Et factu per-
 ficite.*
 89. Mala opera, malus finis expectat. *Ibid.*,
 cap. xi, in illud : *Quorum finis.*
 90. Sicut in bonis operibus perfectio est Deus,
 sic in malis operibus perfectio est diabolus. Hab.
 in Decret. Gratiani, part. 1, dist. 2, can. *Si enim,*
 § Sicut.
 91. Valde sollicitus debet esse quisque in bono
 opere, ut in cunctis quae agit semper cogitet de
 extremo fine. Super Reg. D. Aug., cap. 44.
 92. Qui operari non vult, et potest, vivit, sed
 languet; vivit potestate, sed languet voluntate.
 Lib. 2 de Claustro anim., cap. 13.
 93. Nihil nobis gloriosius, nihil pretiosius, ni-
 hil laudabilius, nihil utilius bonis operibus. Serm.
 5 de Adventu.
 94. Si solus tu operaris, nil periculis; si solus
 Deus operatur, nil mereris. Operetur ergo Deus,
 ut possis : opereris et tu, ut aliquid merearis.
 Lib. 5 Didasc., cap. 9.

S. HIERON.

HUGO A. S. VICTORIAE.

IDIOLO.

JOANNES CASSIAN.

S. JOANNES CRYSTOST.

95. Operatio bona via est, qua itur ad vitam :
 qui vitam hanc currit, vitam quaerit. *Ibid.*
 96. Qui in opere strenuus est, orat ne deficiat.
Ibid.
 97. Opera bona eatenus Deo grata sunt, quatenus
 ab amore suo imperata. Lib. 1 Contemplat. de Amore Dei, cap. 16.
 98. Non proventus considerandus est operis,
 sed operantis affectus. Collat. 6, Abbat. Theodori,
 cap. 9.
 99. Maxime cogitanda est animae nobilitas
 quanta sit : ne quid ea indignum operetur, et ne
 tam nobilis, tantaque dignitate sublimis coinquin-
 netur illicitis operibus. Homil. 12 super Gen.
 100. Etsi quis innumera bona opera fecerit,
 virtutemque omnem absolverit; sitamen magnum
 quid de se sentit, maxime omnium miserabilis
 est et miserior. Prose.
 101. Qui magna de se sentit, et alium contemnit,
 subito deterior fit, et omnes virtutum
 divitias lingua sua effundit, et se nudans exhauriens
 perit in portu naufragium. *Ibid.*,
 homil. 31.
 102. Illa sunt vere bona opera animae, quae ex
 electione fiunt; anime enim bonum opus est vir-
 tutem eligere, et malitiam fugere : anime bonum
 opus est, ut ne plura quam oportet concupiscat,
 et facultates tribuat indigentibus. *Ibid.*, homil. 39.
 103. Bona opera hominis, plaga et vulnera
 sunt daemonebus. Serm. in Job et Abraham.
 104. Omne opus bonum quod agunt homines
 in hoc mundo, duplex est : sive honestum, sive
 inonestum. Honestum, ut ville cultura, seu agri-
 cultura : inonestum, ut opus negotiationis, seu
 malitiae. Homil. 41 super Matth. Oper. imperf.
 105. Opera christiani authentica, opera sunt
 iustitiae : opera autem carnalia, super operationes
 dicuntur, non opera. Quia iustitia ad vitam aeter-
 nam pertinet; opus autem terrenum ad sustentationem
 vite hujus temporalis. *Ibid.*
 106. Bonorum operum natura non facit gloriari,
 sed multorum testimonium et scientia. Homil.
 26 super II Cor.
 107. Si quis operatus fuerit murmurans, am-
 putat et perdit mercedem suam. Homil. 33 super
 Epist. ad Hebr.
 108. Si bona opera tua magna vis facere, noli
 ea magna putare : aliter enim magna esse non
 possunt. Homil. 3 super Matth. Oper. imperf.
 109. Aeternitatis fructus est virtus boni operis.
 Lib. 2 de Summo bono, cap. 1, sent. 1.
 110. Sepe opera, quae apud hominum iudicium
 bona apparent, apud examen diligentissimi et
 acutissimi iudicis reproba deteguntur. *Ibid.*, cap.
 27, sent. 4.

S. ISIDORUS HISPALENS.

111. Optima est illa discretio, ut et nota sint
 opera nostra ad Dei gloriam, et occulta pro elatione
 vitanda humana. *Ibid.*, lib. 3, cap. 23,
 sent. 10.
 112. Opera eo fiunt superno iudici gratiora,
 quo ardentiori fuerint facta charitate. De Discip.
 monast. conversat., cap. 6.
 113. Non discrepat fructus operum, ubi idem
 est affectus operantium. Serm. 2 Quadrag.
 114. Omne opus malum armat diabolum; ar-
 matus vero, graviter armantes accipit. Parva-
 nes. 214.
 115. Si non vis operari, dum potes ; justo Dei
 iudicio non poteris, quando voles. Epist. 11, ad
 quemdam cleric.
 116. Deus de cordibus, non de manibus facta
 metitur, et de sensu, non de luce operum colligit
 qualitatem. Serm. 8.
 117. Quid prodest, si recte quis quodlibet opus
 incipiat, nisi illud recto fine concludat? Lib. 4,
 epist. 16.
 118. Effectum boni operis adhibet, qui pii cor-
 dis movet affectum. Lib. 7, epist. ad Raynerium.
 119. Opera virtutum dicuntur fructus, quia
 possessores suos sancta et sincera dilectione refici-
 unt. 1, 2, quest. 70, art. 1.
 120. Opera bona ante peccatum commissa, ad
 aliquid valent, quia per penitentiam reviscunt.
 Super I Thess., cap. iii.
 121. Sicut opera peccatorum transeunt actu,
 et manent reatu : ita opera in charitate facta
 postquam transeunt actu, manent merito in Dei
 acceptatione. Part. 3, quest. 89, art. 4.
 122. Bonus et devotus homo opera sua prius
 intus disponit, quae foris agere debet : nec illa
 trahunt eum ad desideria vitiosae inclinationis,
 sed ipse inflectit ea ad arbitrium rectae rationis.
 Lib. 1 de Imit. Chr., cap. 3, sect. 3.
 123. Pro utilitate indigentis opus bonum libere
 aliquando intermittendum est, aut etiam pro me-
 liori mutandum : hoc enim facto, opus bonum
 non destruitur, sed in melius commutatur. *Ibid.*,
 cap. 15.
 124. Multa bona potes operari, dum sanus es :
 sed infirmatus, nescio quid poteris. *Ibid.*, cap. 23,
 sect. 4.
 SENTENTIA PAGANORUM.
 125. Regium est audire male, cum feceris bene.
 In Sent.
 126. Non convenit agentis primo quod efficiat
 quodpiam opus bonum non perfectum, quando-
 quidem ipsum ipsum est bonum primumque ac su-
 premum; ejus operi non debet quidquam boni
 convenientissimel deesse. Lib. 14 Theolog., cap. 2.
 127. In omni genere, prastantissima est ejus

S. LAURENT. JUSTIN.

S. LEO I.

S. NILUS.

PETR. BLES.

S. PETRUS CHRYSOL.

S. PETRUS DAMIANUS.

S. THOMAS AQUINAS.

THOMAS A KEMPIS.

ANTISTHEN. PHILOSOPH.

ARISTOTEL.

operatio, quod optime dispositum ad id quod est prestabilissimum eorum, quæ ipsi obijciuntur: hæc autem perfectissima est et jucundissima operatio, voluptas autem perficit operationem. Lib. *Ethic. ad Nicomach.*, cap. 4.

128. Dei operatio præcellens beatitudine, contemplative sine controversia est. *Ibid.*, cap. 8.

129. Sunt operationes artificiosissime, sordidissimæ, servilissimæ, ignobilissimæ: artificiosissimæ, in quibus minimum est fortunæ; sordidissimæ, in quibus maxime inquinatur corpus, servilissimæ, in quibus corporis est usus plurimum; ignobilissimæ, in quibus minimum requiritur virtutis. Lib. 1 *Polit.*, cap. 7.

130. Opus aliquod aggressurus, ipse tibi subijcto cuiusmodi sit illud opus. In suo *Enchiridio*, cap. 9.

131. Cum facies aliquid, quod faciendum esse statuisti, nunquam recesses inter id agendum conspiciet tametsi futurum est, ut vulgus de eo seceus iudicet. Nam si perperam facis, rem ipsam fuge: sin recte, quid eos vereris, qui non recte reprehendant? *Ibid.*, cap. 52.

132. Que facies es, ea ne prædixeris, frustratus enim rideberis. In *Dictis sapient. et Græcis*, diel. 4.

133. Omnia honesta opera voluntas inchoat, occasio perficit. Lib. 6 *Declamat.*, controvers. 7.

134. Que tibi facere est turpe, hæc et aliis imperare faciendâ turpissimum est. *Sent.* 170.

Vide etiam tit. *Bellum*, sent. 104; *Cogitatio*, sent. 11; *Confidentia*, sent. 26; *Conscientia*, sent. 64; *Devotio*, sent. 33; *Episcopus*, sent. 41; *Firmitas*, sent. 18; *Fervor*, sent. 13, 14, 38; *Gratia Dei*, sent. 110; *Jactantia*, sent. 22; *Incipere*, sent. 39, 75; *Latere*, sent. 33; *Luxuria*, sent. 44; *Melior*, sent. 39; *Misericordia in genere*, sent. 97; *Pecccatorum remissio*, sent. 47; *Perseverantia*, sent. 37; *Placere*, sent. 47; *Propositum*, sent. 43, 44; *Pudicitia*, sent. 38; *Remuneratio*, sent. 42; *Se-men*, sent. 17; *Spiritus sanctus*, sent. 107; *Timor in genere*, sent. 22; *Voluntas*, sent. 86, 97, 98.

ORATIO.

CASSIODOR. *Ethymologia.* Oratio nomen onomymum est, cuius ethymologia est oris ratio. Super *Psaln.* LXXXV, in *Proemio*.

S. ANTONIUS DE PADUA. *Definitio.* Oratio est hominis Deo adherens affectio, et familiaris quedam allocutio, et statio illuminata mentis adfruentum quandiu licet. *Serm. Dom. 5, post Pascha.*

S. BASILIUS MAGNUS. Oratio est petitio boni a piis ad Deum fiens. *Conc. 5, de Gratiarum actione.*

S. BONAV. Oratio est petitio decentium in Deo, vel a Deo. *Tit. 2 Dicit salutis*, cap. 5.

Oratio est pius mentis affectus in Deum directus. In lib. 3 *Sent.*, dist. 7, art. 2, quest. 3.

Deprecatio est cum pietate frequens oratio, et causa est qua nimia decet, et importuna conellat. Super *Psaln.* vi, vers. 9: *Exaudivit Dominus deprecationem meam.*

Oratio est explicatio desiderii, et interpretæ ac nuntia voluntatis: quia illud licet orare, quod licet desiderare. Super *Epist. ad Rom.*, cap. 8, art. 12.

Omnia sancta et pura oratio, confabulatio cum Deo est. *De Agone spiritali.*

Oratio est pius affectus mentis in Deum tendens, plerumque ne pigritetur, in vocem prorumpens. Super *Psaln.* v.

Oratio est pius affectus animi in Deum directus, pro bonis æternis adipiscendis. Super *Ecclasiastic.*, cap. 37.

Oratio in qualitate sua, est conjunctio atque unio hominis videlicet et Dei. *Grada* 28.

Nihil est aliud oratio, nisi mundi visibilis et invisibilis alienatio. *Ibid.*

Oratio est mentis in Deum ascensus; aut eorum a Deo postulatio, quæ postulare convenit. Lib. 3 *de Fide orthodox.*, cap. 24.

Oratio est ostensio voluntatis nostræ ei, a quo impetrare speramus id, quod desideramus. *Part. 1 de Ligno vite*, tract. 13, cap. 1.

Oratio est pia mentis ad Deum conversio, fide, spe, charitate subnixâ. *Ibid.*

Oratio est hominis Deo adherentis affectio, et quedam familiaris et pia allocutio. *Ibid.*, cap. 7.

Assidua oratio est, cum mens in cautione multa continetur, desideriorumque applicatur Deo. *De Incarnatione Verbi.*

Est oratio colloquium mentis cum Deo. *De Orat.*, cap. 2.

Status orationis est habitus sine perturbatione qui mentem studiosam et spiritualem summo amore, in spiritualem altitudinem evehit, consummat. *Ibid.*, cap. 49.

Divisio. Tria sunt genera adorationum: alii solis labiis, alii solo corde, alii labiis et corde: primi, dolosi; alii, devoti; alii, veraces. Super *Psaln.* xvi.

Quadruplex est oratio: vocis, sine devotione; devotionis, sine voce; vocis, cum devotione; devotionis, cum voce. Lib. 2, *Miscellan.*, cod. 2, tit. 136.

Comparatio. Sicut thus super carbones positum, spirat suavem et redolentem odorem: sic oratio incensa super carbones devotionis, multum fragrat in conspectu divinæ majestatis. *Tit. 2, Dicitur*, cap. 5.

Qui orat, debet clamare, sicut clamat parvulus,

qui vult ubera: sicut clamat castulus, cum non-tili verbera: sicut clamat populus, cum videt pericula. *Ibid.*

Oratio est sicut armatura militem ornans, sicut lucerna viam demonstrans, et sicut columba olivam portans. *Ibid.*

Sicut militem procedere ad conflictum non congruit, sine armorum protectione: ita nec homini christiano absque orationis munitione aliquid agere licet. *Part. 1, de Ligno vite*, tract. 13, *de Orat.*, cap. 6.

SENTENTIE PATRUM.

1. Oratio est virtutis universæ fulcrum quoddam, et adversus cunctos hostes clypeus tutissimus.

2. Bonum scutum oratio, quod omnia adversaria spicula repelluntur. *De Obitu Valentianæ imperatoris.*

3. Orationis tuæ cubiculum ubique tecum est, et ubique secretum est, cuius arbiter nullus est, nisi solus Deus. Lib. 1, *de Cain et Abel*, cap. 9.

4. Si pro te roges tantum, pro te solus rogabis: si pro omnibus roges, omnes pro te rogabunt. *Prosec.*

5. Magna remuneratio est, ut orationibus singulorum acquirantur singulis totius plebis suffragia, in quo arrogantia nulla, sed humilitas major est, et fructus uberior. *Ibid.*

6. Oratio inchoari debet a Dei laude, deinde habere debet supplicationem, tertio postulationem, quarto gratiarum actionem. Lib. 6, *de Sacram.*, cap. 5.

7. Volare facit orationem bona vita, et dat alas precibus spirituales, quibus ad Deum evahatur oratio. Super *Psaln.* cxviii, serm. 22, vers. 4.

8. Humili habitu mulieres orare debent, non in ornatus jactantia. *Prosec.*

9. Qui enim vult audiri, inclinare se debet, annota a se pompa, ut misericordiam Dei provect.

10. Habitus enim superbus nec impetrat, nec recta de se facit credi. Super I *ad Timotheum*, cap. ii, in illud: *Mulieres in habitu ornato.*

11. Illo sine intermissione orat, qui congruis temporibus mente et lingua Deum deprecatur, et in bonis operibus assiduum est. Super *Apocal.*, cap. 4.

12. Orationibus ita frequenter instandum est, ut vix eas aliquod tempus interpolet. In *Exhort.*, ad *Monachos.*

13. Hoc non est orare in multiloquio, si diutius oretr. *Epist. 124, ad Probam*, cap. 10.

14. Absit ab oratione multa locutio, sed non desit multa precatio, si fervens perseverat intentio. *Prosec.*

15. Multum loqui, est in orando rem necessariam superfluis agere verbis: multum autem precari, est ad Deum, quem precamur, diuturna et pia cordis excitatione pulsare: nam plerumque hoc negotium plus genitibus, quam sermone agitur, plus fletu quam affatu. *Ibid.*

16. Hoc ultimum quod in Dominica oratione positum est, tam late tamque evidenter et manifeste patet, ut homo christianus in qualibet tribulatione constitutus, in hoc gemitus edat, in hoc lacrymas fundat, hinc exordiat, in hoc immeretur, ad hoc terminet, orationem. *Ibid.*, cap. 44.

17. Sine intermissione orate: quid est aliud, quam beatam vitam, quæ nulla nisi æterna est, ab illo qui eam solus dare potest, sine intermissione desiderare? *Ibid.*, cap. 9.

18. Dicuntur fratres, in *Egypto* crebras quidem habere orationes, sed eas tamen brevissimas, et raptim quodammodo jactatas, ne illa vigilanter ejecta, quæ oranti plurimum necessaria est, per productiones moras evanescat, acque hebetetur intentio. *Ibid.*, cap. 10.

19. Ora in spe, ora fideliter et amanter. *Ibid.*, cap. 16.

20. In jejuniis, et vigiliis, et omni castigatione corporis, quam plurimum adjuvatur oratio. *Ibid.*, cap. 16.

21. Quid brevius auditur, aut legitur, aut quid facilius memorie commendatur oratione Dominica? In *Enchirid.*, cap. 7.

22. Hoc Deus bonum iudicavit, ut orationibus humilium dignaretur salutem prestare sublimium. *Ibid.*, cap. 103.

23. Non vocem, sed affectum audit Deus. *De Catechis. rudib.*, cap. 9.

24. Oratio grandis munitio est anime. *De Sacerdot. docum.*, cap. 28.

25. Fratres, nos orare admonemur in sinu nostro, ubi Deus videt, ubi Deus audit, quod nullus oculus humanus penetrat, quo non videt, nisi qui subvenit: ubi oravit Suzanne, et cum ejus vox ab hominibus non audiretur, a Deo tamen audita est. Super *Psaln.* xxxiv, vers. 16: *Et oratio mea in sinu meo.*

26. Desiderium tuum oratio tua est: et si continuam desiderium, continua oratio: si non vis intermittere orare, noli intermittere desiderare. Super *Psaln.* xxxv, vers. 9.

27. Multi languescunt in orando, et in novitate suæ conversionis ferventer orant, postea languide, postea frigide, postea negligenter. Super *Psaln.* lxxv.

28. Non deficiamus in oratione: ille quod concessurus est, et si differt, non auferit; securi do pollicitatione ipsius non deficiamus in orando. *Ibid.*

29. Oratio tua locutio est ad Deum : quando legis, Deus tibi loquitur ; quando oras, cum Deo loqueris. Super *Psalm. LXXXV, vers. 4.*
30. Tunc in toto corde clamatur, quando aliunde non cogitatur : tales orationes rarè sunt multis, crebrè autem paucis, omnia vero utrum cuiquam, nescio. Super *Psalm. CXVII, conc. 29.*
31. Vere novit recte vivere, qui recte novit orare. Homil. 4, *Homil.*
32. Oratio spiritualis est, et ideo tanto est acceptior, quanto magis suæ naturæ implet affectum. *Prosec.*
33. Oratio tanto magis spiritali opere funditur, quanto magis animus, qui eam fundit, a carnali voluptate suspenditur. Serm. 4, *Dom. in oct. pascha.*
34. Oratio justis, clavis est cœli : ascendit precatio, et descendit dei miseratio. *Prosec.*
35. Licet alta sit terra, altum cœlum, audit tamen Deus hominis linguam, si mundam habeat conscientiam. Serm. 4, *Dom. 15, post Pent.*
36. Oratio reflectio est jejuniorum, et advocat gratiam Spiritus sancti. *Prosec.*
37. Oratio duritiam cordis emollit, austeritatem temperat, jejunium dulcescit. Serm. 1, *Fer. 4, Dom. 16, post Pent.*
38. Oratio est ascensio animæ de terrestribus ad cœlestia ; inquisitio supernorum, et invisibilium desideriorum. *Ibid.*
39. Fides quarit orationem, oratio optat prudentiam. Serm. 17, *ad Fratr. in eremo.*
40. Oratio est columna sanctorum virtutum, deitatis scala, viduarum maritus, angelorum cognata, fundamentum fidei, monachorum corona, conjugatorum levamen. *Ibid.*, serm. 22.
41. Oratio debet esse ampla, devota, et pura. Ampla ut pro omnibus roget : devota ut non remisse petat, sed devoto : pura, ut sit cum cordis munditia. *Ibid.*, serm. 42.
42. Justus nunquam desinit orare, nisi desinat justus esse : semper orat, qui semper bene agit. Hab. in *Glossa ord.*, super illud I *Thess. v : Sine intermissione orate.*
43. Non opus est locutione cum oramus, id est, sonantibus verbis, nisi ut homines audiant, non ut Deus. *De Magistro, cap. 4.*
44. Prostrus non oramus Deum, sed orare nos fingimus, si nos ipsos, non illum credimus facere quod oramus. Epist. 107.
45. Stantes oramus, quod est signum resurrectionis. Epist. 119, cap. 15.
46. Nostras orationes sæpe sauciat et debilitat caligo, effumulus actionum secularium. Epist. 81.
47. Immunda erit oratio, optando terrena. *Annot. in Job, cap. XVI.*
48. Cum oratio nobis, non propter quod fumus, sed quod erimus sit necessaria, molestum est nescire quid oremus. Lib. 4 de *Anima et ejus orig.*, cap. 9.
49. Perspicuum est orationem non oportere nos plene in syllabis constituere, quin potius ipsam suam vires plenius explicare, explevere in animæ orantis libera electione ac proposito, simul et in actionibus, quæ per omnem vitam intento perficiuntur. Hom. 5, de *Martyre Julitta.*
50. Est oratio illa bona, quæ compertam Dei notionem in animo ingenerat. Epist. 1, *ad S. Gregorium Theolog.*
51. Oratio munimentum grande est animæ. In *Admonit. ad filium spirituales.*
52. Oratio quanto efficiatior est, si fiat ut debet tanto callidius impediri ab adversario solet. Serm. 4, *Quadr.*
53. Periculum est si fuerit oratio nimis timida : majus periculum est, si fuerit temeraria : tertium periculum est si sit oratio tepida, et non ex viva affectione procedens. *Prosec.*
54. Oratio timida cœlum non penetrat, quia restringit animum timor immoderatus, ut ratio nequam ascendere, sed nec procedere queat.
55. Oratio temeraria ascendit, sed resilit : resistitur enim ei, nec tantum non obtinet gratiam, sed et meretur offensam.
56. Oratio tepida in ascensu languescit et deficit, eoquod non habeat vigorem. Serm. 4, *Quadr.*
57. Si fidelis, humilis et fervens oratio fuerit, cœlum sine dubio penetrabit ; unde certum est quod vacua redire non poterit. Serm. 4, *Quadr.*
58. Ubiunque fueris, intra temetipsum ora : si longe fueris ab oratorio, noli querere locum, quoniam tu ipse locus es ; si fueris in lecto, aut in alio loco, ora, et ibi est templum. Lib. *Medit.*, cap. 6.
59. Oratio cordis est, non labiorum : neque enim verba deprecantis Deus intendit, sed orantis cor aspicit. *De Inter. domo, cap. 48.*
60. Ante tempus orare, est providentia ; in tempore constituto orare, est obedientia : tempus orandi præterite, est negligentia. Serm. 49, *ad Sororem.*
61. Tanto crebrior debet esse oratio, quanto est utilior. *Ibid.*
62. Semper orare, hic intelligitur, ut oratio semper vel sit in ore per postulationem, vel sit in corpore per desiderium, vel sit in opere per præparationem. Super *Luc.*, cap. XVII, in illud : *Oportet semper orare.*
63. Vere novit recte vivere, qui recte novit orare. Serm. 5, de *Uno confess.*

S. BASILIUS
MAGNUS.

S. BERNARD.

S. BONAV.

64. Frequens oratio, vitiorum expugnationem extinguit ; instans vero oratio impetrat veniam de peccatis. Super *Luc.*, cap. XVIII.
65. Oratio lingua venenata, non est clamor orantis, sed sibilus serpentis : lingua enim serpentis sibilare potest, clamare non potest. Serm. 3, *Dom. 2, Quadr.*
66. Semper orat justus, dum secundum Deum omnia agit : nec desinit orare, nisi cum desinit justus esse. Serm. 4, *Dom. 9, post Pentecost.*, super illud : *Oportet semper orare.*
67. Levanda est vox orationis cum lacrymis contritionis : levanda est autem vox cordis plus quam oris. Serm. 2, *Dom. 43, post Pent.*
68. Non desinit nunquam orare, qui non desinit bene facere : plus est enim orare corde et opere, quam ore : non ergo orare desinit, qui bene facere non desistit. Serm. 5, de *Uno confess.*
69. Nunquam bene orat, qui carnalia cogitat, sive quem caro delectat, unde non impetrat quod postulat. *Ibid.*
70. Multa est virtus orationis, que Deum lenit, angelos ad se trahit, et demones dejicit atque affligit. Serm. 4, de *Angelis.*
71. Si vis angelum tibi semper assistere, non cesses semper orare. *Ibid.*
72. Frequens et fervens oratio dissipat omne malum : ollæ ferventi muscæ non insident. In *Speculo discipl.*, part. 1, cap. 2.
73. Tanto securior, quanto secretior existit oratio. In *Speculo discipl.*, part. 1, cap. 12.
74. Oratio est hostis flagellum, peccatoris subsidium, proximi solatium, Dei sacrificium. *Ibid.*
75. Iram Dei placat, peccatorum veniam impetrat, tentationis impetum sedat, vitia cordis expellit, in periculo liberat, a periculis defendit, difficultates complanat, familiaritatem Dei confert ; dona Spiritus sancti impetrat, donum sapientiæ, gratiam prædicandæ, revelationem secretorum ; omnia contrariis salutis reprimunt ; necessaria confert, et conservat, et perficit. Lib. 2, de *Profectu relig.*, cap. 66.
76. Quanto frequentius quis orat, tanto fiet ei oratio delectabilior et efficiatior : et quanto rarius, tanto insipidior et tædiosior. *Ibid.*, cap. 69.
77. Omnis orationis fructus et finis, est Deo inhærrere. *Ibid.*, cap. 72.
78. Oratio hausorium est, quo Spiritus sancti gratia hauritur de fonte superfluentis dulcedinis illius beatissime Trinitatis. *De Perfect. vite, ad Sorores, cap. 5.*
79. Vox in Deum non est labiorum crepitus, sed cordis affectus : qui non auribus audiri, sed mentis lumine consuevit intelligi. Super *Psalm. v, vers. 1.*
80. Oratio illa perfecta est, quam affectus mentis inflammât. *Ibid.*, vers. 2.
81. Ipsius est oratio perfecta, cujus et causa clamat et lingua, actus et sermo, vita et cogitatio. Super *Psalm. XVI, vers. 1.*
82. Oratio satisfactio est delictorum, confessio criminum, lavacrum culparum. Super *Psalm. LXXXV, in proœmio.*
83. Semper supplicare nos decet, qui frequenti culpa delinquimus. Super *Psalm. LXXXV, vers. 3.*
84. Per orationem ira domini suspenditur, venia procuratur, poena refugitur, præmiorum largitas impetratur. Super *Psalm. LXXXIX, in proœmio.*
85. Quando stamus ad orationem, invigilare, et incumbere ad preces toto corde debemus, cogitatio carnalis et secularis abscedat : nec quidquam tunc animus aliud, quam id solum cogitet, quod precatur. *Prosec.*
86. Claudatur contra adversarium pectus, et soli Deo pateat : nec ad se hostem Dei tempore orationis venire patiat. *De Orat. Dominica, cap. 13.*
87. Antequam aliquid agamus, aut dicamus, maximeque quod ad Deum pertinet, a precibus nobis ordiendum est. *De Dirin. nomin.*, cap. 3.
88. Quantor habere debemus in oratione, scilicet : perfectum amorem, certam spem, firmam credulitatem, veram humilitatem. In *Speculo Ecclesie, cap. 17.*
89. Cogitatio omnis carnalis tempore orationis abscedat, nec quidquam animus cogitet, quam id solum quod precatur. Homil. 11.
90. Sedula preces provocant animam judicis ad misericordiam. *Ibid.*
91. Sicut militi sine armis ad bellum exire non convenit, ita homini christiano procedere quolibet sine oratione non expedit. *Prosec.*
92. Egrescentes de hospitio armet oratio, regredientibus de platea animo incurrat.
93. Quidquid christianus inchoat, antea dirigat orationem ad Dominum : quidquid perficit, et hoc cum oratione faciat ; et semper sensu, mente, voce, et opere, omnipotentem Dominum oret. *Ibid.*
94. Oratio est, temperantiæ custodia, iracundiæ frænum, animi clati repressio, ad modestiam revocatio, odii ob receptas injurias medicina, invidiæ destructio, inquietatis correctio, corporum robur, rei familiaris administratio, recta juris regumque constitutio, regni potentia, trophæum belli aque vexillum, tutela pacis. *De Orat.*
95. Oratio est virginittatis sigillum, fides nuptiarum, vitiorum præsidium, dormientium custodes, evigilantium custodia, agricolarum fertilitas, navigantium salus. *Ibid.*

S. CYPRIAN.

S. BERNARDUS
AREOPAGIT.

S. EDMUND.

S. ELIQUIS.

S. EPHRAEM.

CASSIODOR.

96. Oratio est reorum patrona, vincetorum relaxatio, mercentium consolatio, letantium iucunditas, lugentium solamen, celebratis festi natalitii, conjugum corona, morientium sepultura, cum Deo colloquium, par cum angelis honor, proborum promotio, ab improbis aversio, peccantium emendatio. *Ibid.*

97. Nulla est alia in tota vita humana pretiosior oratione possessio. *Ibid.*

S. FRANCIS.
ASSISIENSIS.

98. Orationis gratia viro religioso firmiter est desideranda, sine qua nihil in Dei servitio prosperabitur, nec aliquid ab ipso consequetur. In suis *Opusculis*, oratione 3.

S. FRANCIS.
TITELMAN.

99. Cum ad Deum fit oratio, ipsi tam est cognitum quod intus premitur, quam quod foris enuntiatur. In *Annot. super Psalm.* vii.

100. Orationis studium admodum singulare, et promptum valde refugium est adversus omnia, his qui sibi illam familiare student efficere. In *sine Argumenti super Psalm.* xxxxi.

GILBERT.
ANGLES.

101. Nescit itinere directo ad Deum ire oratio, qua successa non fuerit. *Serm.* 16, super *Cant.*

102. Frequenter vocem eripit oratio vehemens. *Serm.* 23, super *Cant.*

GLOSS. ORD.

103. Illa oratio vocem habet, quae est digna audiri. Super illud *Psalm.* v : *Intende voci orationis mee.*

104. Virtus verae orationis est celsitudo charitatis. Super *Hierem.*, cap. 15.

105. Magna est virtus purae orationis, quae quasi persona quaedam ad Deum intret, et ibi mandatum pergit, quo caro pervenire nequit. Super illud *Psalm.* lxxxvii : *Intret in conspectu tuo.*

GLOSS. INT.

106. Contra commune periculum, communis fiat oratio. Super *Joann.*, cap. 1.

107. Qui bene orat, montem sursum a terrenis elevat. Super *Math.*, cap. 14.

S. CYPRIANUS.
MAGNUS.

108. Ille postmodum cum Deo iudex venit, qui hic ei modo in prece familiaris existerit. *Lib.* 11 *Moral.*, cap. 13.

109. Ille verum Deo orationem exhibet, qui semetipsum quia pulvis sit humiliter videt, qui nihil sibi virtutis tribuit, qui bona quae agit esse de misericordia conditoris agnoscat. *Ibid.*, lib. 2, cap. 27, num. 40.

110. Conditoris auribus maxime illa oratio commendatur, quae pro inimicis intercedere nititur. *Ibid.*, lib. 9, cap. 9, num. 43.

111. Cum Deus in oratione non queratur, citius in oratione animus lassatur. *Ibid.*, lib. 15, cap. 27.

112. Ad orationem homo non sufficit, dum incentiva vitiorum in se funditis suffocare festinat, si plus justo caro restringitur. *Ibid.*, lib. 30, cap. 14, num. 28.

113. Veraciter orare est, amarus in compunc-

tione gemitus, et non composita verba resonare. *Ibid.*, lib. 33, cap. 2 1, num. 27.

114. Virtus verae orationis est celsitudo charitatis. *Homil.* 27, super *Evang.*

115. Pervenire ad Deum oratio nequaquam potest, quae ex intentione promittitur, ut solum ab hominibus agnoscat. *Lib.* 4, in 1 *Reg.*, cap. 2, super illud : *Et locutus est ea in auribus Domini.*

116. Ut ad aures Dei viam precibus faciat, vigilantius studendum est, ut vestrae voces acerbis adjuventur. *Lib.* 9, in *Registro*, ind. 4, cap. 45, epist. 45.

117. Nihil ex iis, quae per hanc vitam coluntur, et in pretio sunt, orationi praestat. *Orat.* 1, de *Orat. Dominica.*

S. CYPRIANUS.
NYSS.

118. Oratio est pudicitiae praesidium, castitatis tutamen, irae moderatio, superbiae sedatio, arrogantiae repressio, injuriarum expurgatio, invidiae profligatio, iniustitiae sublatio, invidiosae correctione, robur corporum, abundantia domus, recta iuris ac legum constitutio, regni vires, civitatis protectio, belli trophaeum, pacis securitas, disidentium conciliatio, conjugatorum conservatio, virginum sigillum, matrimonii fides, victorum sententiam, dormientium custos, vigilantium fiducia, agricolarum fertilitas, navigantium salus, reorum patrona, nexorum relaxatio, vincetorum solutio, fatigatum requies, mercentium consolatio, gaudentium delectatio, lugentium solatium, morientium finis, bonorum progressus, malorum subversio, peccatorum emendatio, presentium fructus, futurorum reprehensio. *Ibid.*

119. Duo sunt, quae in oratione sollicite considerare debemus: primo ut ea postulamus, quae Deus velit: secundo ut nostra vita a nostris precibus non discordet. *Prose.*

120. Frustra enim orationi insistit, qui vel ea petit quae Deo displicent: vel si bona sunt quae petit, perverse vivendo se indignum exhibet. *Serm.* 2, *Fer.* 2, *Litaniar.*

121. Cum orationem facere desideras, talem te exhibe, quasi quae sis cum Deo locutura. *Epist.* 14, ad *Mauritii filium.*

122. Non multum juvat frequenter orare, qui contigerit aliquando cessare. *Homil.* super *Evang. Math.*

123. Despicuntur orationes leves, disidentes inutiles, saeculi curis anxiae, et rerum corporalium desiderii implicate. *Prose.*

124. Ubi operatio iniquitatis extat, illic despicitur oratio deprecantis. Super *Psalm.* lvi.

125. Attende, ut oratio tua sit discreta, secreta, dulcis, humilis: discreta propter idiotas; secreta propter hypocritas, dulcis affectu, humilis appetitu. *Lib.* 3, de *Claustro anim.*, cap. 29.

126. Qui precibus insistit, ne orando offendat: meditatur quid orandum sit. *Lib.* 5 *Dilasc.*, cap. 9.

NEGO CARO.

127. Oratio quasi quaedam avientia volat ante Deum, ibique mandatum peragit, quo caro pervenire nequit: cunctis alio sumit jejuniium et elemosyna. Jejunium quidem levem facit orationem, ut cito evolet: sed elemosyna pinguem reddit, ne deficiat in via. Super *Tob.*, cap. xii.

128. Oratio est scutum animae. *Prose.*

129. Sicut enim miles, dum est in bello, non debet amovere scutum: ita homo, dum est in hac vita, quae militia est, non debet a se amovere orationem. Super *Psalm.* lxxv.

130. Oratio humilis sicut bonus nuntius ad Deum intrat, et ibi mandatum peragit, quo caro pervenire nequit. Super *Prover.*, cap. xxv.

131. Oratio est pro dubiis tantum, aut pro bonis adipiscendis, aut pro malis amovendis. Super *Apocal.*, cap. xxi.

S. INNOC. III.

132. Tria sunt quae orationem ad Deum transire non sinunt: Sarrago, Murus, Nubes: luxuria, in qua velut sarragine caro frigitur: cupiditas, in qua opes velut lapides in muro congeruntur: jactantia, quae velut nubes sine aqua circumfertur a ventis. Sarrago ferrea, est mentis duritia: murus fletibus, iniquitatis defensio: nubes obscura, mentis caligo. In *Proemio super Psalm.* *Penit.*

133. Oratio Dominica multis ex causis caeteris orationibus antecellit: auctoritate Doctoris, brevitate sermonis, sufficientia petitionum, fecunditate mysteryorum: auctoritate Doctoris, quia fuit ipsius Salvatoris ore prolata; brevitate sermonis, quia facile discitur et profertur; sufficientia petitionum, quoniam utriusque vitae continet necessaria; fecunditate mysteryorum, quoniam immensa continet Sacramenta. *Lib.* 5, *Myster. Misso*, cap. 47.

134. Quidquid ante orationis horam anima nostra conceperit, necesse est ut orantibus nobis per ingestionem recordationis occurrat. *Prose.*

135. Quomobrem quales orantes volumus inveniri, tales nos ante orationis tempus preparare debemus: ex precedenti enim statu, mens in supplicatione formatur. *Collat.* 9, *Abbat. Isaac*, cap. 3.

136. Sicut ad orationis perfectionem, omnium bonis structura virtutum: ita nisi hujus culmen omnia fuerint colligata atque compacta, nullo modo firma poterunt, vel stabilia perdurare. *Ibid.*, cap. 2.

137. Non est perfecta oratio, in qua se monachus, vel hoc ipsum quod orat, non intelligit. *Ibid.*, cap. 31.

138. Frequenter quidem, sed breviter est

orandum, ne immorantibus nobis inserere aliquid nostro cordi insidiator possit inimicus. *Ibid.*, cap. 36.

S. JOANNES
CHRYSOST.

139. Preces magna sunt arma, magna securitas, magnus thesaurus, magnus portus, et refugium locus. *Hom.* 30.

140. Magnum bonum sunt preces: nam si cum homini quis loquatur virtute praedito, non parvum inde fructum percipit: quantis bonis fruatur is, cui cum Deo colloquium fuerit? *Ibid.*

141. Oratio colloquium est cum Deo. *Ibid.*

142. Quanto purior frequentiorque fuerit celebrata oratio, tanto celerior venit inimico vindicta. *Serm.* de *Moyse.*

143. Licet tibi colloqui cum Deo orando, licet cum eo fabulari, cum velis, licet precibus mercari quod optas. *Ibid.*

144. Hostis, dum oras, premitur: dum cessas, erigitur. *Ibid.*

145. Oratio jugis, infirmitas hostis. *Ibid.*

146. In conspectu Dei orat, qui orat, undecumque colligens mentem suam, nihil habens cum terra commercii, sed ad ipsum Deum totum migrans, omni cogitatione humana ab animo depulsa. *Hom.* 2, de *Fide Annae.*

147. Nihil equae pollet ac deprecatio: haec enim est quae ex impossibilitate possibile facit, ex difficilius facilia. *Ibid.*, *hom.* 4.

148. Oratio continua necesse est ut agnoscat quis orat, quid orat, et ad quem orat. *Homil.* super *Psalm.* xxxix.

149. Tu cum Rege regum colloquens, cui cum horrore servituri angeli omisso cum illo cepto sermone, de luto, de pulvere, de tellis araneorum loqueris. *Homil.* 1, de *Verb. Isaya.*

150. Dicendo Pater noster, et veniam peccatorum, et justificationem, et sanctificationem, et liberationem, et filiorum adoptionem, et hereditatem, et fraternitatem cum unigenito copulatam, et sancti Spiritus dona largissima unico hoc vocabulo consequitur. *Homil.* 20, super *Math. Oper. Imperf.*

151. Potentior est oratio mitis, quam violenta. *Ibid.*, *homil.* 56.

152. Qui pro se orat, non gratiae opus exequitur, sed naturae: qui autem pro inimico suo orat, digne exauditur, quia gratiae opus exequitur. *Homil.* 13, super *Math. Oper. Imperf.*

153. Sicut thymiana bene confectum delectat hominem odorantem, sic oratio justis suavis est ante Deum. *Ibid.*

154. Orans nihil novum faciat, quod aspiciant homines; nec voce clamet, nec manus expandat, nec oculos tollat, nec pectus percutiat, ut notabilis fiat. *Ibid.*

155. Tu qui vis, cum oras, ut exaudiaris, fac ut non videaris: in auribus enim Dei, non in oculis hominis loqueris. *Ibid.*

156. Tesis qui alterius est cordis orantem gravat, non adiuvat: quia Deus orationibus non existitur, sed placatur. *Ibid.*

157. Christianus non solum pro se, sed etiam pro alio orat: pro se enim orare natura est, pro alio autem, gratia: pro se orare, necessitas rei cogit: pro alio autem, charitas fraternitatis hortatur. *Ibid.*, homil. 14.

158. Dulcior est ante Deum oratio, non quam necessitas rei transmittit, sed quam charitas fraternitatis commendat. *Ibid.*

159. Religiosae mentis est Deum non voce, vel sono vocis, sed devotione animi ac fide cordis orare. *Ibid.*, 8, ex *Divers. in Matth.*

160. Non sic ignis sordes purgare solet, ut oratio nocturna sordes peccatorum. Homil. 26, super *Acta Apost.*

161. Leonis rugitus non sic bestias fugat, ut iusti oratio demones. *Ibid.*, homil. 53.

162. Qui cum fervore deprecatur, inflammatur et non exurit: sed velut aurum igne probatum, fit splendidior. Homil. 5, super II *Cor.*

163. Oratio magnum quoddam et salutare bonum est, animarumque firma custodia, tutissimumque presidium. Homil. 3, super *Epist. ad Philen.*

164. Fortis armatura est oratio, si cum attentione fuerit, si sine vana gloria, si cum animo sincero. Homil. 27, super *Epist. ad Hebr.*

165. Non est querendus locus ut oras, sed loci principium: Hieremias erat in caeno, et Deum exoravit: et Job erat in stercore, et Deum reddidit propitium: Jonas in ventre ceti, et facilem habuit. Licet in balneo sis, ora; ubicunque sis, ora. Homil. 79, ad *Popul. Antioch.*

166. Aptissima arma oratio, thesaurus perpetuus, divitiae inexhausta, portus quietus, occasio tranquillitatis: auctor, parens, fons, et radix honorum omnium oratio est. Homil. 5, de *Incomprehens. Dei natura.*

167. Nostrum sit opus continuus insistere precibus, et non agere ferro, si differatur quod petimus, sed longanimis esse. Homil. 30, super *Gen.*

168. Omnis locus, omne tempus, orationis accessui convenit. *Ibid.*

169. Non pudet loci Deum, ut ore tur: unam postulat mentem, scilicet ferventem, animamque modestam. *Prosec.*

170. Non habitu corporis, aut locorum temporumve opportunitate opus est ad orandum, sed animo probo ac excitato. Homil. 4, de *Fide Anna.*

171. Oratio quanto gloriosa est, tanto cautae servanda est, ne propter homines facta vilescat. Homil. 13, super *Math. Oper. imperf.*

172. Ille orat, qui jam non peccat: qui autem orat et peccat, non rogat Deum, sed deludat Deum. *Ibid.*, homil. 15.

173. Nihil dum oras, immiscere orationi decet: sive illud inutile sit et otiosum, sive utile et necessarium; sed orationi et operi distribuenda sunt tempora. *Gradu* 18.

174. Verus obediens, innox ut ad orationem stare coeperit, illustratur totus. *Ibid.*

175. Qui pulchritudinem orationis attigerit, fugiet turbas ut onager. *Ibid.*, gradu 28.

176. Oratio secundum actionem, est reconciliatio Dei, lacrymarum mater earumque item filia, peccatorum propitiatio, tentationum pons, tribulationum interpositus paries, bellorum confectio, angelorum opus, incorporarum omnium virtutum cibis, futura laetitia, infinita operatio, virtutum fons, gratiarum ministra, profectus invisibilis, nutrimentum anime, mentis illuminatio, desperationis amputatio, spei et fidei demonstratio, tristitiae solutio, monachorum divitiae, solitariorum thesaurus, iree minuto, speculum profectus, mensurarum indicium, status insinuat, futurorum revelatio, clementiae significatio. *Ibid.*, gradu 28.

177. Oratio iis, qui recto orant, curia et iudicium et tribunal Domini ante futurum tribunal est. *Ibid.*

178. Noli conari in oratione multum loqui, ne mens tua ad inquisitionem verborum distendatur, et non ad Deum. *Prosec.*

179. Multum enim in oratione loqui, mentem saepe imaginibus illusit, intentionem dissolvit: parum autem, aut unum etiam verbum in oratione loqui, colligere mentem consuevit. *Ibid.*

180. Cum in oratione ducedine perfundis, vel compungi te sentis, in ipsa perseste. *Ibid.*

181. Oratio pia Deo vim infert. *Ibid.*

182. Orationis initium, est luctus in animo: finis autem, raptus ad Deum. *Ibid.*

183. Noli, cum in oratione perduras, dicere; nihil profeci; jam enim satis profectus. *Ibid.*

184. Mater orationis est solitudo: oratio enim secessum requirit. *In Orat. de Transfigurat.*

185. Efficacior est oratio, que spiritualior est, et a carnalibus desideriis remouetur. *Serm. de Orat. in concil. Constant.*

186. Efficacior est oratio pro inimicis, quanto videtur difficilior. *Ibid.*

187. Efficacior est oratio, quanto verecundior est sub Deo. *Ibid.*

188. Est semper orandum, quia frequens oratio diabolum expugnat, angelos in orantis auxilium

s. JOAN. G.

s. ISIDORUS HISPALENSIS

S. JOANNES DAMASCEN. JOAN. GESS.

JOAN. TIR.

invitat, Deum placat, et os inferni obstruit. Super prolog. *Regule S. Benedicti*, cap. 2.

189. Orationibus fidelium omnis nocendi potestas demonibus aufertur: quia plus cum urit devota oratio, quam non ejus impugnatione. *Ibid.*

190. Oratio oranti est subsidium, Deo sacrificium, demonibus autem flagellum. *Ibid.*

191. Eo magis necessaria est oratio, quo periculosior imminet certatio. *Ibid.*

192. Nihil sic mentem a terrenis ad celestium amorem elevat, nihil carnis voluptates tam cito et valenter exterminat, nihil adeo illustrat intellectum, nihil quoque in tantum confundit adversarium, sicut oratio pura. Lib. 1, homil. 8, ad *Monachos.*

193. Frequens oratio vitiorum impugnationem extinguit: itaque quoties quis quolibet tangitur vitio, toties ad orationem se subdat. Lib. 3, de *Summo bono*, cap. 7, sent. 1.

194. Vera oratio cordis est, non laborum: neque enim verba deprecantis Deus intendit, sed orantis cor aspiciat. *Prosec.*

195. Quod si tacite cor oret et vox sileat, quamvis homines lateat, Deum latere non potest, qui conscientiae praesens est.

196. Melius est autem cum silentio corde, sine sono, quam solis verbis sine intuitu mentis orare. *Ibid.*, sent. 4.

197. Mens qualem se in oratione offert, talem post orationem se conservet. *Prosec.*

198. Nam nihil proficit oratio, si denuo committitur, unde jam iterum venia postuletur. *Ibid.*, sent. 6.

199. Nunquam est sine gemitu orandum, nam peccatorum recordatio merorem gignit: dum enim oramus, ad memoriam culpam reducimus, et magis reos tunc nos esse cognoscimus. *Ibid.*, sent. 5.

200. Pura est oratio, quam in suo tempore, non intervenient cura seculari: longe autem est a Deo animus qui in oratione cogitationibus seculi fuerit occupatus. *Prosec.*

201. Tunc ergo veraciter oramus, quando aliunde non cogitamus. *Ibid.*, sent. 8.

202. Duobus modis oratio impeditur, ne impetrare valeat postulata: scilicet si aut quisque adhuc mala committit, aut si delinquenti sibi debita non dimittit. *Prosecutio.*

203. Nihil proficit oratio illius, cujus adhuc dolor in mente, vel odium manet in pectore. *Ibid.*, sent. 12.

204. Oratio privatis locis opportunius funditur, magisque obtentu impetrat, dum Deo tantum teste deponitur. *Ibid.*, sent. 27.

205. Non conciliat Deum multiplex orantis

sermo, sed pura sinceraque orationis intentio. *Ibid.*, sent. 29.

206. Oratio fervens diaboli jacula submovet, oratio continua diaboli tela superat. *Prosec.*

207. Haec prima est virtus adversus tentationem incursum, haec prima tela adversus hostium tentamenta. Lib. 2, de *Synon.*, cap. 3.

208. Daemona oratione vincuntur, oratione daemona superantur. *Ibid.*

209. Omnibus malis praevalet oratio. *Ibid.*

210. Oratio est animae sanctae subsidium, angelo bono solatium, diabolo supplicium, Deo gratum obsequium, vitiorum extinctio, virtutum mater, animae speculum, conscientiae robor, cognitionis via, confidentiae nutrix, charitatis incentivum, laborum solatium, compunctionis causa, caeli porta, cogitationum malarum interemptrix, coadunatio dispersionis mentis, ignitarum affectionum receptaculum, angelorum imitatrix, spiritualium omnium bonorum interventrix. *De Ligno vitae*, tract. de *Oratione*, cap. 2.

211. Oratio est impetnabilis armatura, certum perfolium, securus portus, tutissimum asylum. *In Canon. vitae spirit.*, cap. 47.

212. Nulla praestantior oratio est, quam ut quis petat gratissimum Dei voluntatem in se, et in omnibus aliis fieri. *De Instit. Spirit.*, cap. 8.

213. Verum fundamentum orationis, est quietis cogitationum. Homil. 6.

214. Cum oras, mentem ad Deum attolle: et etiam inde abstracta descenderit, iterum tamen ipsam recollige. *Paranes.* 69.

215. Si vis esse templum Dei, sacrificium assiduitatis assiduam scilicet orationem, assidue ipsi offeras. *Ibid.*, paranes. 118.

216. Sancta est orationis ars, pertrahit enim ad nos sanctae sanctorum. *Ibid.*, paranes. 176.

217. Oratio est doloris et malitiae expultrix. *De Orat.*, cap. 14.

218. Si cupis orare, ut decet, ne animam dolore afficias, alioqui frustra curris. *Ibid.*, cap. 18.

219. Si tolerans furris, semper lectus orabis. *Ibid.*, cap. 24.

220. Oratio sine distractione, est summa intelligentiae mentis. *Ibid.*, cap. 33.

221. Si orare vis, repudia omnia, ut totum possideas. *Ibid.*, cap. 34.

222. Sive cum fratribus, sive solus oras: contende non consueitudine, sed sensu orare. *Ibid.*, cap. 39.

223. Non poteris orare pure rebus ac negotiis terrenis implicatus, et assiduis curis onustus: oratio enim est depositio cogitationum. *Ibid.*, cap. 65.

S. LAUR. JUST.

LUDOVICUS BLESUENSIS.

S. NILUS ABB. MARI.

- perhilitat ordo, ne dicam ipse rebus cunctis ridiculissimus; non enim dignorum, sed potentiorum sunt throni. Orat. 20, in *Funere Basilii*.
27. Ordo universum constituit, ordo celestia continet et terrestria. *Prose.*
28. Ordo est in intelligentibus, ordo in sensibilibus, ordo in angelis, ordo in astris, ordo in anni partibus et temporibus, ordo in diebus et noctibus, mensuris et intervallis, ordo in elementis.
29. Ordo celum circumvolvitur, aerem expandit, terram supposit, ventos emisit et non remisit, aquam nubibus colligavit, et non colubuit.
30. Ubi ordo dominatur, ibi universum ornatus est ac pulchritudo inconvulsa: ubi vero ordinis est defectus, ibi perturbationis et confusions effectus:
31. Ordo hominem ex rationali irrationali quoque temperamento composuit, ac mystice et ineffabiliter colligavit.
32. Ordo civitates condidit, leges tulit, virtutem honoravit, malitiam punivit, artes invenit, conjugia copulavit.
33. Ordo existentium parens est, ac securitas.
34. Ordo etiam in Ecclesiis ita stetit, ut alii sint oves, alii vero pastores: ita ut hi imperant, illi vero obediant. Orat. 20, de *Modestia*.
35. Ubi non est ordo, ibi jam ruinæ ostium patet. Lib. 3, de *Theolog*.
36. Omnis ordo ecclesiasticus suis rectoribus nititur. Epist. 4, ad *Basiliam*.
37. Sine ordine, præsumptio est actio: sine actione, negligentia est ordo: sine scientia, actio reprehensibilis est, et ordo inutilis. Lib. 4, super cap. 3, *Celestis hierarch*.
38. Præter ordinem operari, aut contra, perversum est. *Ibid.*
39. Triplex est ordo in religione; orantium, meditantium, sive studentium, et ministrantium. Super *Psalm*. LXIV.
40. In choro, in navi, in curru, in exercitu, si ordinem turbes, omnia perdis: sursumque deorsum omnia misces. Homil. 37, super I *Cor*.
41. Ordinis perturbatio, perspicuum argumentum est, neminem esse qui imperet, ordo autem principem ac moderatorem indicat. *Prose.*
42. Ubi Princeps ac moderatior non est, illic perturbatio ordinis atque confusio existat, necesse est. Lib. 4 *Parall.*, cap. 22.
43. Ordo rerum omnium pater est. *Ibid.*, lib. 3, cap. 83.
44. Unusquisque incedere debet secundum ordinem suum: secundum ordinem incedimus, et omnia secundum ordinem gerimus, si nihil inordinatum, nihil inquietum, nihil inonestum inveniat in nobis. Homil. 2 in cap. 2 *Numer*.

45. Agnoscat unusquisque ordinem suum, et quid dignum sit eo ordine, quem suscepit, intelligat, et ita libet actus suos, ita sermonem, incensum quoque ipsum et habitum moderetur, ut cum ordinis sui professione conveniat. *Ibid.*
46. Ordo militum nunc est, ordinem non tenere. Epist. 94, ad *Joan. archidiacon*.
47. Ea que sunt ordinis committi non possunt, nisi ei qui ordinem habet. 2, 2, quas. 187, art. 1.

SENTENTIE PAGANORUM.

48. Nihil eorum quæ natura secundumque naturam sunt, ordine vacat, natura namque universalis est ordinis causa. Lib. 8, *Phys.*, cap. 1, text. 15.
49. Ordo, qui unicuique rei inest, bonum affect omnibus rebus. Sisygia 3, de *Rhetor*.
50. Quidquid certo quodam ordine continetur, et illius ductu regitur, non potest non esse cum maximis bonis conjunctum: contra vero cum nullis adest ordo, non potest non maxima rerum perturbatio inde existere. Sisygia 4, lib. 6, de *Legib*.
51. Nihil ordinatum est, quod præcipitur et prosperat. Epist. 40.

ORDO SACER.

Definitio. Ordo est signaculum quoddam, in quo spiritualis potestas traditur ordinato. Part. 3, tit. 14, de *Sacram.*, cap. 16.

Ordo est sacramentum, quo ministri ecclesie instituantur.

SENTENTIE PATRUM.

1. Episcopus inialat ordinem, et Deus tribuit dignitatem: homo imponit manus, Deus largitur gratiam. De *Dignit. sacerdot.*, cap. 5.
2. Si fiat ordinatio cleri ad plebem congregandam, etiamsi plebis congregatio non subsequatur, manet tamen in illis ordinatis sacramentum Ordinationis. De *bono Conjugij*, cap. 24.
3. Ordinatus si ab unitate recesserit, sacramentum dandi baptismi non amittit. Lib. 4, contra *Donatist.*, cap. 1.
4. Curritur passim ad sacros ordines, et reverenda ipsis quoque spiritibus angelicis ministeria homines apprehendant sine reverentia, sine consideratione. Scrm 4 de *Coveris*, ad *clericos*, cap. 29.
5. Quanti hodie infelices ad sacros ordines accedunt, et divina mysteria accipiunt, non cœlestem panem, sed terrenum querentes: non spiritum, sed hierum: non Dei honorem, sed suam ambitionem: non salutem animarum, sed questum pecuniarum: non Christo servire, sed delictiari, ditari, superbire, et luxuriari de patrimonio Christi. De *Preparat. ad Missam*, cap. 8.

CONCILIUM
TIRIDENT.

6. Ordo debet esse sanctitatis totius speculum. Epist. ad *Ministr. provin.* et *custod*.

7. Cum divina res sit sancti sacerdotii ministerium, consentaneum fuit, quod dignus et majori cum veneratione exerceri posset, ut in ecclesie ordinatissima dispositione plures et diversi essent ministrorum ordines, qui sacerdotio ex officio deservirent: ita distribuiti, ut qui jam clericali tonsura insigniti essent, per minores ad majores ascenderant. Session. 23, cap. 2.

8. Episcopi per semetipsos, ordines conferant: quo si egritudine fuerint impediti, subditos suos non aliter, quam jam probatos et examinatos, ad alium episcopum ordinandos dimittant. Session. 23, in *Decreto de reformat.*, cap. 3.

9. Prima tonsura non initientur, qui sacramentum Confirmationis non susceperint. *Ibid.*, cap. 4.

10. Nullus prima tonsura initiatus, aut etiam in minoribus ordinibus constitutus, ante decimum quartum annum beneficium possit obtinere. *Ibid.*, cap. 6.

11. Minores ordines his, qui saltem Latinam linguam intelligunt, per temporum interstitia nisi aliud episcopo expedire magis videretur, conferantur: ut eo accuratius, quantum fit hujus discipline pondus, possit edaceri. *Ibid.*, cap. 11.

12. Nemo alioribus gradibus initietur, quem non scientiæ spes majoribus ordinibus dignum ostendat. *Ibid.*

13. Nullus in posterum ad subdiaconatus ordinem ante vigesimum secundum, ad diaconatus ante vigesimum tertium, ad presbyteratus ante vigesimum quintum ætatis sue annum promoveatur. *Prose.*

14. Sciant tamen episcopi non singulos in eâ ætate constitutos, debere ad hos ordines assumi, sed dignos duntaxat, et quorum probata vita se nectus sit.

15. Regulares quoque nec in minori ætate, nec sine diligentibus episcopi examine ordinentur: privilegiis quibuscumque, quoad hoc, penitus exclusis. *Ibid.*, cap. 12.

16. In ordinationibus clericorum, mores et merita singularum ponderanda sunt. Epist. 33, ad *Clerum*.

17. Ordinis susceptio obligat ad continentiam. In *Decret. Gratiani*.

18. Ordo purgat infamiam. *Ibid.*

19. Nullus ordinetur clericus, nisi probatus fuerit, vel examine episcoporum, vel populari testimonio. In *Decret.*, part. 1, dist. 24, can. *Nullus*.

20. Nemo ad sacrum Ordinem permittatur accedere, nisi aut virgo, aut probate castitatis, et qui usque ad subdiaconatum unicam et virginem uxorem habuit. *Ibid.*, dist. 32, can. *Nemo*.

PETR. HIER.

S. THEOD.

S. AQUINAS.

ARISTOTEL.

PLATO.

SENeca.

S. ANTOIN.

CASSIUS.

ROMANUS.

S. ALEXAN.

S. AUGUST.

S. CYPRIAN.

S. BERNARD.

S. GREGOR.

CRISTIANUS.

S. GREGOR.
MAGNUS.

21. Pestiferum nimis est, et sanctæ Ecclesie universalis contrarium, in sacrum quæpiam Ordinem non meritis, sed pretio collocari. Lib. 4, in *Registro*, cap. 97, epist. 53, ad *Childbert. reg. Franc.*

22. Quisquis sermo in hac Ecclesia Ordinem accepit, egrediendo ea ex ulterius licentiam non habet. *Ibid.*, cap. 74, epist. 30, ad *Heliam presbyteram*.

23. Qui sacros Ordines tribuit, tunc ab omni munere manus excutit, quando in divinis rebus, non solum nullam pecuniam, sed etiam humanam gratiam non requirit. Homil. 4, Super *Evang.*

24. Pueri ad sacros Ordines nullatenus admittantur, ne tanto pericolosis cadant, quanto citius conscendere ad aliorum festinant. Lib. 4 in *Registro*, indicti 11, cap. 86, epist. 47, ad *Columbanum episc. Nannidicæ*.

25. Nulla sit in ordinatione venalitas, potentia vel supplicatio personarum nihil obtineat. *Ibid.*

26. Proculdubio Deus offendentur, si ad sacros Ordines quisque non ex merito, sed ex favore, aut ex venalitate provehitur. *Ibid.*

27. Qui post acceptum sacrum Ordinem lapsus in peccatum carnis fuerit, sacro Ordine ita caret, ut sine penitentia singulari ad aliorum ministerium non accedat. *Ibid.*, lib. 3, indicti. 12, cap. 26, epist. 26, ad *Januar. episc. caleritanum*.

28. Ne hi, qui ordinandi sunt, pereant, provideri debet, quales ordinentur. *Ibid.*

29. Flens dico, gemens denuntio, quod cum sacerdotalis Ordo intus cecidit, foris quoque diu stare non poterit. *Ibid.*, lib. 5, indicti. 13, cap. 95, epist. 54, ad *Virgilium episc. Arelat.*

30. Non loca vel Ordines Creatori nostro nos proximos faciunt, sed ei nos merita bona jungunt, aut mala disjungunt. *Ibid.*, lib. 6, indicti. 15, cap. 193, epist. 29, ad *Anastas. presbyt.*

31. Ordinate ad Ordines ascendendum est; nam casum appetit, qui ad summa loci fastigia postpositis gradibus per abrupta querit ascensum. *Ibid.*, lib. 7, indicti. 2, cap. 110, epist. 110, ad *Syagrum episc.*

32. Plerumque qui sacros Ordines appetunt, non vitam corrigere, non mores componere student: sed divitias, quibus honor sacri emittit, sagunt congregare. *Ibid.*, cap. 114, epist. 114, ad *Theodorie. et Theodebert. reges*.

33. Plerumque quod in laicis culpa non est, hoc crimen est in sacro Ordine constitutus. *Ibid.*, lib. 8, indicti. 3, cap. 5, epist. 5, ad *Sabin. subdiacon.*

34. Nos amatoribus usurarium nulla ratione manus imponimus. *Ibid.*, cap. 40, epist. 40, de *Elegantio episc.*

35. Filios et propinquos magis quam Dominum

honorat, qui ad sacros Ordines personas eligit, non ex conversationis honestate, sed amore propinquitatis. Lib. 2, super 1 Reg., cap. iii, super illud: *Honorasti filios tuos.*

36. Qui ad sacros Ordines ambitiose perveniunt, ardua religionis itinera a majoribus sibi ostensa deserunt, et perversa intentione in appetitu terrenarum rerum altius immerguntur. *Ibid.*, lib. 4, cap. 4.

37. Estote precipue in ordinatione solliciti, et ad sacros Ordines aspirare, nisi provectiores aetate, et mundos opere, nullatenus permittatis: ne forte semper esse desinant, quod immature esse festinant. Lib. 2 in *Registro*, indict. 44, cap. 87, epist. 48, ad *Adeodatum episc.*

38. Ipse qui ad sacrum Ordinem simonia perducitur, jam in ipsa proventus sui radice vitiatum, paratior est aliis vendere quod emit. *Ibid.*, lib. 4, indict. 43, cap. 100, epist. 56.

39. Cum quem quis pretio ordinat, provehendo agit: ut haereticus fiat. *Ibid.*

40. Valde periculosum est animae, temere cuiquam manum imponere. *Ibid.*, cap. 89, epist. 43, ad *Andream scholast.*

41. Quicunque pretii studet datione sacrum Ordinem mereari: dum non officium, sed nomen attendit, sacerdos non esse, sed dici tantummodo inaniter concupiscit. *Ibid.*, lib. 7, indict. 2, cap. 140, epist. 110, ad *Syagrimum episc.*

42. Nullus pro adipiscendis ecclesiasticis Ordinibus dare aliquid commodum praesumat, vel pro datis accipere. *Ibid.*

43. Non ordinandos censemus illos, qui usuras accepisse convincuntur, aut in scena luisse noscuntur. Hab. in *Decret. Gratiani*, part. 1, dist. 33, can. *Maritum*.

S. HIERON. 44. Si tu ad Ordinem Sacerdotii gradiaris, gaudebo de ascensu, sed timebo de lapsu. Epist. 1, ad *Heliodor.*

BUGO CARD. 45. Pactum quod fecerunt clerici recipiendo Ordines, non tenuerunt. Super *Psaln. xvii, Morabitur*.

S. INNOC. III 46. Duo sacri ordines non possunt conferri eidem uno die, vel duobus continuato jejuniis. Lib. 1, *Decret. const.*, const. 77.

47. Ordinatus ad sacros Ordines sine titulo, ab ordinatore iuste petit beneficium. *Ibid.*, const. 83.

JOAN. TRAIT. 48. Qui prior est ordine, sit etiam perfectior conversatione: gradus altior ornatum altiore requirit. Epist. 1, ad *Novum presbyterum*.

S. ISIDORUS HISPALENS. 49. Ita praemineas merito, sicut et gradu. Lib. 3, de *Summo bono*, cap. 45, sent. 1.

S. LAURENT. JUSTIN. 50. Omnium prelatorum est particeps, qui scienter propria ductus affectione promovet indignum. De *Regin. pralat.*, cap. 16.

51. Quid est communicare peccatis alienis, nisi talem efficit ordinantem, qualis est ille, qui non meruit ordinari? Epist. 87, ad *Episc. African.*

52. Admittuntur passim ad Ordinem sacrum, quibus nulla natalium, nulla morum dignitas suffragatur. Epist. 1, cap. 1.

53. Sane non honor debet esse Ordinis occasio, sed Christi charitas, et animarum salus. Epist. 123, ad *Richard. Londonens. episc.*

54. In sacro Ordine sine continentia invenimur; quanto ordine erigimur, tanto incontinentia deprimimur. *Ibid.*, serm. 45, ad *Sacerd.*

55. Ab Ecclesia rite introducti sunt quidam Minorum Ordinum gradus, per quos, tanquam per cantica graduum ascenditur ad sacerdotium. *Ibid.*, serm. 46.

56. Initiatur ad dignitatis ordinem, qui ad obtinendum ordinis constituitur dignitatem. Lib. 1, epist. 43.

57. Character qui per sacramenta imprimitur ad ea peragenda, quae divini sunt cultus, character Christi est, quo Christi fideles ei configurantur. Part. 3, quest. 63, art. 3.

58. Peccat mortaliter tanquam infidelitatis reus, qui indignos ad ordines promovet. In *Suppl.* part. 3, quest. 39, art. 4.

ORIGO.

SENTENTIAE PATRUM.

1. Fons et origo omnis scientiae Deus est, quem quanto plus quis bibit, tanto plus sinit. De *Triplici habitaculo*, cap. 5.

2. Duae sunt origines peccatorum, una spontanea cogitatione, altera persuasione alterius. Lib. 3 de *Lib. arbit.*, cap. 10.

3. Illud quod ignorans quisque non recte facit, et quod recte volens facere non potest, ideo dicuntur peccata, quia de peccato illo liberum voluntatis originem ducent. *Ibid.*, cap. 49.

4. Ut meliores gigneret Adam quam ipse esset, non erat aequitatis, sed ex conversione ad Deum, ut vinceret quisque supplicium, quod origo ejus ex aversione meruerat. *Ibid.*, cap. 20.

5. Apud te rerum omnium mutabilium immutabiles manent origines. Lib. 1 *Confess.*, cap. 6.

6. Si origo animae lateat, dum tamen redemptione clarescat, periculum non est. Epist. 157.

7. Deus ex origine vitiatum mutare potest et sanare naturam. Lib. 2 *contra Iulian.*, cap. 1.

8. Non queramus origines nominum: multum enim habet ista res loquacitatis, utilitatis parum. Lib. 2 de *Musica*, cap. 8.

9. Origo fontium et fluminum omnium, mare

est: virtutum et scientiarum Dominus Jesus Christus. Serm. 13 super *Cant.*

S. GREGORIUS MAGNUS. 10. In terrenis rebus semper causa damni, est origo peccati. Lib. 9 in *Registro*, cap. 57, epist. 57, ad *Brunichildam reginam Francorum*.

BUGO CARD. 11. Timor oritur in consideratione Dei potentiae, amor autem in contemplatione misericordiae. Super *Sapient.*, cap. 15.

12. Ordo et processus malorum: oritur ex suggestionem cogitatio, ex cogitatione affectio, ex affectione delectatio, ex delectatione consensus, ex consensu opus, ex opere consuetudo, ex consuetudine necessitas, ex necessitate desperatio, ex desperatione defensio, ex defensione gloriatio de peccato, ex gloriatio damnatio. Super *Ecclésiastic.*, cap. xxiii.

S. JOAN. CL. 13. Mater fornicationis est gula concupiscentia, aedae vero inanis gloria. *Prose.*

14. Tristitia origo est iracundia, superbiae vero inanis gloria. *Gradu* 26.

LACT. FIRM. 15. Cupiditas a voluntate incipit, et cautio a metu oritur, et letitia nihil aliud est quam profusum gaudium. Lib. 6 de *Divin. institut.*, cap. 15.

PELLO JUD. 16. Nascitur ex prudentia sapere, ex temperantia sobrius esse, et pietate Deum colere, et ex unaquaque ceterarum virtutum sua cujusque actio. De eo quod det. *potiori*.

TERTULLIA. 17. Nihil sine origine, nisi Deus solus. Lib. 5 *adversus Marcionem*.

ORNATUS.

S. ISIDORUS HISPALENS. *Etymologia.* Ornamenta dicta, quod eorum cultu ora vultusque decorentur. Lib. 19 *Etymolog.*, cap. 30.

COLLECTOR. *Definitio.* Ornatus est vestitus cultusque secundum conditionem personam moderatio.

S. ANTONIN. *Divisio.* Duplex est ornatus, interior, et exterior: interior consistit in virtutibus; exterior consistit in habitu, victu et incesso: in victu, ut conformet se moribus eorum cum quibus vivit, in incesso, ut aequalis sit et maturus, ut gravitate itineris maturitatem mentis ostendat. Part. 3, tit. 43, cap. 3, § 5.

S. BONAV. *Comparatio.* Ornatus comparatur feretro: quia sicut feretrum tunc solum ornatur, cum mortuus in eo ponitur: sic viri et mulieres precipue tunc ornant feretrum corporis sui per exteriorum vestium parataram, cum anima intus est mortuus per superbiam. Tit. 1 *Dieta*, cap. 3.

SENTENTIAE PATRUM.

S. AMBROS. 1. Feminae quaesitis coloribus ora depingunt, dum viris displicere formidant: et de adulterio vultus, meditantur adulterium castitatis. *Prose.*

2. Quanta haec amentia, effugiem mulare naturae, picturam quaerere, et dum verentur maritale iudicium, proferre sumum?

3. Prior enim de se pronuntiat, quae cupit mu-

tare quod nata est. Ita dum alii studet placere, prius sibi ipsa displicet.

4. Quem iudicem, mulier, veriorum requiritur deformitatis tuae, quam teipsam, quae videri times?

5. Si pulchra es, quid absconderis? si deformis, cur te formosam esse mentiris, nec tuae conscientiae, nec alieni gratiam erroris habitura?

6. Ille enim alteram diligit, tu alteri vis placere: et irasceris, si amet aliam, qui adulterare in te docetur.

7. Male magistra es injuriae tuae, tolerabiliora enim propemodum in adultero crimina sunt: ibi enim pudicitia, hic natura adulteratur. Lib. 1 de *Virginibus*.

8. Mulierum cultus, tormenta potius quam ornamenta sunt. *Ibid.*

9. Si in vobis rejecta decoris cura, vera pulchritudo plus placet mentis, hoc ipsum quod vos non ornatis, ornatus est. *Ibid.*

10. Cernis ut pomparum ferculis similis incedat, quae se componit ut placeat, omnium in se vultus, et ora convertens; eo ipso quo studet placere, deformior est. *Prose.*

11. Carte lacere vulneribus aures, et depressa onera misere cervicis, non sunt alleviamenta pornarum, sed discernima metallorum.

12. Hinc collum castena constringit, inde pedem compes includit: nihil refert auro corpus oneretur, an ferro.

13. Si cervix premitur, si gravatur incessus, nil pretium juvat, nisi quod vos mulieres, ne peccet vobis poena, trepidatis. *Ibid.*

14. Quam miserabilis illa conditio, quod tanquam mancipii forma venalis nuptura licitatur, et qui pretio vicerit, amat! *Prose.*

15. Tolerabilis tamen mancipia vaneunt, quae saepe sibi dominos legunt: viro vero si eligat, crimen est; si non eligat, contumelia.

16. Quae quamvis pulchra sit et decora, et timeat videri, et cupit: cupit ut se carius vendat, timeat ne hoc ipsum dedecet quod videtur.

17. Quanta autem votorum ludibria, et ad procorum eventus suspecti metus, ne pauper illudat, ne dives fastidiat, ne pulcher irideat, ne nobilis spernat? *Ibid.*

18. Non vitae capiti decus, sed ignobile velamen, usui nobilitas castitatis: non exquisita, sed abdicata lenocinia pulchritudinis. Lib. 5, epist. 34, ad *Valentinianum imperat.*

19. Pictus es, o homo, et pictus a Domino Deo tuo: bonum habes artificem atque pictorem. Noli bonam delere picturam: non fumo, sed veritate fulgentem: non cera expressam, sed gratia. *Prose.*